

e Lactantius contra hosce Judæos, qui Christiani fuerunt, sacrorum prophetarum suorum a te confutatos, hanc jure merito elicit con- em : « Quid amplius jam de facinoribus eorum est, quam excæcatos tum fuisse, atque insana- ore correptos, qui hæc quotidie legentes, ne- dlexerunt, neque quin facerent, cavere potuc- *Lactant. lib. iv, cap. 19*); quia nimirum tam quam spontaneo furore obcæcati erant. Immo fuit illorum perveracia, ut neque cœlestibus s, quæ Christo moriente, sicuti ab sacris eo-ibus annuntiatum fuerat, edita sunt, facinus intelligere aut potuerint, aut voluerint.

o tamen Lactantius, aliique christianæ reli-efensores eos confutando, omnem operam re. Nam evidentissimo ac invictissimo argu- B am, quæ ex sacris prophetarum oraculis t, pondere multos ex Judæis, atque ex gen- onge plures, ad christianæ fidei professionem ue Scriptores nostri adduxerunt.

merito igitur eadem Scripturæ auctoritate s gentiles aliquando; auctor noster dimicat.

lib. i, cap. 5; lib. v, cap. 14; et lib. de Ira Dei,

) Quamvis enim eam spernerent, inficias ta- non poterant eam non confictam a christia-

acceptam a Judæis eorum hostibus, atque

t suos philosophos, et alios, non pauca ex criptoribus nostris, uti non semel ostendimus,

ie documenta. Planum itaque alicubi (*Idem,* p. 8) facit hominem post cæteras omnes crea-

Deo factum fuisse, quemadmodum Ovidius C ras nostras litteras cecinerat. Item Deum ab

ti a Sibylla, unum prædicari, ac justos homi- titam revocandos. Alibi vero eadem Scrip-

eræ auctoritate rursus adversus eosdem gen- tur, ubi varia ejus placita rectæ rationi plane

anea esse ostendit. Quæ quidem omnia a dicendis plana omnibus manifesta que

ois præterea superius clarissime, nisi fallimur, tratum est christianæ religionis veritatem

A ab eodem Auctore nostro etiam ad verens ethnicos demonstrari sacrorum vatum oraculis, quæ post longa temporum spatia talem plane exitum habue- runt, qualem illi prædixerant. Cum enim ea absque divini spiritus afflatu sic prænuntiare non potuerint, nemo sane ethnicus, suæ mentis compos, negare poterat fidem illis esse habendam.

Non amplius itaque gentiles audiendi erant, qui prophetas nostros aut spernendos, aut rejiciendos esse contendebant; utpote qui simplici, rudi, impo- lito, ac barbaro sermone locuti sunt. Sola enim, inquit Lactantius (*Lactant. lib. v Inst. div. cap. 1*), eloquentia, quæ sæculo servit, non autem veritas, fucatum aliquid desiderat. Neque tamen diffitetur Deum, cujus spiritu afflati sacri scriptores nostri libros suos conficiebant, potuisse elaborata, polita et eleganti elocutione uti. Verum « divina, » inquit ille (*Lib. vi, cap. 21*), « providentia carere fucò voluit ea, quæ divina sunt; ut omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur. » Quid vero, quod recte ille asseverat Deum in sacris litteris, uti decebat esse locutum. Sed animum, quæso, ad ipsiusmet Lac- tantii verba adverte: « Nec enim decebat ut, cum Deus ad hominem loqueretur, argumentis assereret voces suas tamquam fides ei non haberetur. Sed ut oportuit, est locutus, quasi rerum omnium maxi- mus iudex, cujus est non argumentari, sed pronun- tiare. » (*Idem, lib. iii, cap. 1.*) Quam autem id verum sit, facile evincitur ex ipsorummet gentilium legibus, quæ quidem quam simplici sermone scriptæ fuerint, ex Cicerone et aliis, qui illas collegerunt, planum omnibus est ac manifestissimum. Sed de his jam supra, et in aliis nostris dissertationibus satis dispo- tavimus.

Denique Lactantius tradidit nos ad res singulas id est, ad omnia christianæ religionis dogmata ac præ- cepta stabilienda et demonstranda, habere testimo- nia *divinæ vocis*, quam nimirum in sacris nostris Scripturis discrete expressam intelligimus. Quod sane quam verum sit, ac quomodo ab illo asseratur, dein- cept examinandum est.

APPENDICES

AD SCRIPTA SANCTORUM PONTIFICUM ROMANORUM

MARCELLINI, MARCELLI, EUSEBII ET MELCHIADIS QUI IN TOMO VI MEMORANTUR.

APPENDIX PRIMA,

AD SANCTUM MARCELLINUM PAPAM.

EPISTOLA PRIMA (1),

MARCELLINI PAPÆ AD SALOMONEM EPISCOPUM.

De error dicentium Patrem esse Filio majorem, etc.

« *Episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis* næ, Salomoni coepiscopo, in Domino salutem.

laudabiliter (*S. Leo, ep. 95*) pro catholicæ raque supposita.

D fidei veritate movearis, et quam sollicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare cu- rasti, qui errorum morbi in regionibus vestris modo exorti sunt. Nam epistolæ sermo, et commonitori

series, et libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti, dicunt, ideo Patrem majorem Filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur, et quod Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, et quod illud propheticum de solo Patre dictum sit: *Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram* (Psalm. LXXXII). Sive quod ideo minor est Filius, quia ipse in cruce pendens dixit: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti* (Matth. XXVII)? Quibus competens et congruum (*Ithacius adv. Varimadum. c. 51*) reddatur responsum, quia sicut Patri, ita etiam Filio, non solum christianis temporibus, verum etiam priscis temporibus a sacerdotibus variis multisque modis probamus, sacrificium fuisse oblatum, Daniele propheta dicente: *Non est locus*, inquit tres pueri, *ad sacrificandum nomini tuo, et invenire misericordiam tuam, sed in anima contrita, et in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocausta arietum et tauro- rum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi* (Daniel. III). Et ut Filium fuisse agnoscas, cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti præceperat, confessione addisce, qui se cum tribus quartum, in ipso æstantis camini incendio sociatum, prodidit conspexisse. *Nonne*, inquit, *tres viros misimus in fornacem victos? Et dixerunt ei: Vere rex. Et dixit: Ecce ego video quatuor viros solutos, et deambulantes in medio ignis: et aspectus quarti similis Filio Dei est* (*Ibidem*). Idem Dei Filius per prophetam loquitur, dicens: *Tibi offerent reges munera* (Psalm. LXVII). Et ut hæc de Filio Dei se dixisse doceret, dixit: *Reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes servient ei* (Psalm. LXXI). Et ut hæc omnia, superius designata, Christo Filio Dei doceamus fuisse oblata, in nativitate ejusdem Filii Dei, quæ secundum carnem facta est, probamus fuisse completa, Evangelio comprobante: *Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est rex Judæorum? Et infra: Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes, adoraverunt eum: et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham* (Matth. II). Sacrificium itaque quod a Christianis sacris altaribus admovetur, non solum Deo Patri, sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Patri sine Filio potest offerri, neque Filio sine Patre sacrari. Quod autem communem (*Ejusdem Ithacii c. 52*) operationem habeant Pater et Filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plasma Deus ad imaginem Dei communi operationis virtute fecisse fertur, Scriptura dicente: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Genes. I), *Item ibi: Descendamus et confundamus ibi linguam eorum* (Genes. XI). Et, *Pluit Dominus a Domino ignem et sulphur super Sodomam.*

(*Genes. XIX*). Et in Evangelio: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* (Joan. V). Similiter: *et opera, quæ ego facio, non sunt mea, sed ejus qui misit me, Patris* (Joan. VII). Quæ omnia non discretam Patris et Filii potentiam monstrant, sed unam divinitatis operationem annuntiant. Et is, qui paternum opus exequitur, a paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex Evangelio Filium Dei cognosceres Altissimum nuncupatum (*Ejusdem Ithacii c. 53*), nunquam filio derogans, hoc de solo Deo Patre dictum poneres testimonium, cum scriptum sit: *Tu propheta Altissimi vocaberis* (Luc. I). Et ut Filius cum Patre indiscrete in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur: *Ego sapientia, inquit, habitavi in altissimis, et thronus meus in columna nubis* (Eccles. XXIV). Et in psalmo XCII: *Tu autem Altissimus es in æternum, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. Nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocaret, elatus superbia, hæc ausus est nefando ore depromere: Ponam sedem meam ad aquilonem; ascendam, inquit, super sidera cæli, sedebo super montes excelsos et ero similis Altissimo* (Isa. XIV). Item in Salomone: *Ne dixeris, Peccavi, et quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor* (Eccles. V). Si auditum cordis tui Scripturis non vis accomodare divinis quæ Filium doceant Altissimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Ut eum cognoscatis Filium a Patre (ut vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in Evangelio posuit testimonium: *Pater, qui me misit, mecum est: et non reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper* (Joan. VIII). Unde pro surreptione mandamus, ut omnis cura atque sollicitudo invigilet, ne fides temeretur aut violetur. Jam nullus est ignorantia locus, nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare, necessaria est confusio: et quod ore contraxit, scientia reformetur. *Ista, frater, tene, et hæc doce* (*Hornisdæ ep. 24*). Utinam ad plenissimi affatus satietatem præsentia tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos et colloquio et præsentia tui frui, quam sumus ante scripto complexi. Verumtamen probasti, dilectissime frater, quo christianam fidem veneraris affectu, dum ea, quæ ad regulas Fratrum pertinent, et ad mandata catholica, sine aliquo cupis transgressione servare: et sprete erraticæ et nociva doctrina, catholica et apostolica tenere præcepta, et rectæ fidei regulas docere atque servare. Hæc, frater carissime, et alia (*Ejusdem ep. 25*), quæ Patrum regulis continentur, in labiis et cordibus nostris indivisa retractatione meditemur, et sicut scriptum est, *narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes: quia beatus in Domino qui in lege ejus meditabitur die ac nocte* (Ps. LXXVII). Hæc etenim magister gentium secutus, discipulum suum instruens, admonet: *Hæc meli-*

tare, in his esto (I Tim. iv), *subjiciens plenitudinem* A (ita et ms. cod. Just.). *Attende tibi ac doctrinæ*: quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Quod (Hormisdæ ep. 79) si ea quæ prædicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, et constanter quæstionibus obviatur, ac præavorum intentio cassatur, honorumque fides et constantia roboratur. Data octavo Idus Septembris, Diocletiano sexto et Constantio secundo viris clarissimis consulis (anno 296).

EPISTOLA II,

MARCELLINI PAPÆ AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut laico clericum non liceat accusare.

- I. De contentionibus inter Christianos ortis ad Ecclesiam deferendis, et ab ecclesiasticis jure terminandis.
- II. Quod major a minori judicari non debeat, nec episcopi ullum præjudicium inferre pontifici a quo consecrari probantur.
- III. Quod clericus absque permisso episcopi sui neminem ad iudicium sæculare trahere præsumat, nec laico quemlibet clericum accusare liceat.
- IV. Quod injustum iudicium metu regis, vel jussu, a iudicibus factum non valeat: et quod statuta infidelium delibentur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis, per orientales provincias constitutis, Marcellinus episcopus.

Quid tam dulce sollicito quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid (1) tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem, quam necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent? Plena (fatcor) gratulatione suscepisti, quod votiva mihi de charitate (quæ inter vos est) ecclesiarum et pace, in litteris indicastis sponte mihi quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. *Confirmet hoc Deus, quod est operatus in nobis* (Psal. LXXVII); et quæ præcepit pro animarum salute faciendâ, hæc ipse qui præcepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat. Et his tam bonis nuntiis, nos (2) quoque religiosam sanctorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid cum orientalibus, quos ad Ecclesiæ corpus unitatemque revocatos, dudum Dei nostri ope litteris significavimus destinatis, de novo, cum aptum fuerit, repetitis vobiscum participamus iudiciis, *mox pro nostro edicto* (3) *ab orientalibus missa legatio est*: certa speravit, certa consuluit. Sed faciamus de his, quæ fuerunt dicenda, compendia ipsi potius ad instruendam notitiam vestram, quæ nobis sunt responsa, dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem, ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad continentiam nostrarum pertinet litterarum, oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter (4) scitote,

(1) Hormisdæ ep. LXV, quæ vel unica omnes pseudo-Isidori merces evertit proscibitque eruditorum virorum iudicio.

(2) Religiosorum vicem reddentes nuntiorum, quidquid. (3) Hinc videas fraudem mali artificis sole meridiano clarius emicare.

(4) Hic initium capiunt solitæ Mercatoris cantiones.

vos a persecutione fratrum, et ab omni litigio abstinere debere, dicente Scriptura: *Servum Dei non oportet litigare* (II Tim. II); nec quemquam nocere, sed omnes persecutores Ecclesiæ, servorumque ejus vestris redargutionibus corrigere, testante Apostolo: *Argue, obsecra, increpa* (II Tim. IV).

I.

Quæcumque ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad Ecclesiam deferantur, et ab ecclesiasticis viris terminentur.

II.

Major autem non potest a minore judicari, nec episcopi pontifici, a quo consecrari probantur, præjudicium inferre ullum possunt. Quod si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

III.

Clericus vero cujuslibet ordinis, absque pontificis sui permisso, nullum præsumat ad sæculare iudicium attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accusare. Detractiones tamen et accusationes atque persecutiones inter Christianos oppido vitandæ sunt: quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen unanimes fuerimus, facilius adversariis resistemus. Sanctus etenim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Jesus suscipiebat plagas. Ideo unicuique providendum est, ne aliquem injuste iudicet aut puniat. Et Dominus in Evangelio ait: *Nolite iudicare, ut non iudicemini: quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini* (Matth. VII). Unde et doctor gentium loquitur, dicens: *Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitæ, in operationem immunditiæ, omnisque avaritiæ: vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini, et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus est ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni et misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in*